

Beiheft

2

S 82

1276 (1275) Febr. 15 Metelen.

[13

82

Das Kloster Metelen verkauft ein Erbe an die münsterische Kirche.

Nos Gertrudis abbatissa, Megthildis priorissa totusque conventus monasterii in Methelen, Monasteriensis dyocesis, omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod venerabili patri domino nostro Everhardo, ecclesie Monasteriensis electo, et ecclesie Monasteriensi quendam mansum dictum Kunineginchove, situm iuxta castrum Horstmare, cum omnibus attinentiis suis de communi consensu totius conventus nostri vendidimus pro viginti marcis Monasteriensis monete, quas viginti marcas fatemur nos ab eodem domino nostro electo totaliter recepisse. In cuius rei testimonium nostris sigillis presens pagina communitur. Datum Methelen anno Domini M^oCC^o septuagesimo quinto, XV^o Kalendas Marcii.

Orig. 2 Siegel; L. III F. 26 P. 4 Nr. 5; hiernach kurzes Regest bei Wilman's III, S. 505 Nr. 984.